# SUPPLEMENTA
und
# Anhang
Zu der Historie des ehemahligen
# Benedictiner-Klosters
# Bosau/
bey Zeitz/
Worinnen
Einige fernere Nachrichten,
Ingleichen
besondere Uhrkunden,
Wie auch
gewisse Anmerckungen
zu denen
vorhergehenden Kloster-Antiquitäten
annoch mittheilet/

Io. Martinus Schamelius.

Naumburg und Zeitz/
Verlegts Michael Gottlieb Grießbach/ Buchhändler. 1732.



# Addenda
# Zu der Historie des Klosters
# Bosau.

Ad §. 1.

Wir haben zwar bereits in den vorhergehenden Addendis und Anmerckungen p. 57. unterschiedene Nachrichten angehenget / es ist aber nichts desto weniger annoch eine kleine Nachlese überblieben. Dahero wir bey denen §. 1. vermeldeten Scriptoribus über den Mönch Paulum *Langium* ferner anzuführen haben / einen andern gelehrten und fleissigen Mönch dieses Klosters Bosau. Es hat denselbigen angeführet *Eccardus* in seinen Scriptor. Med. Æv. T. 1. f. 1008. und muß in dem 12ten Seculo gelebet haben / da das Kloster noch nicht allzulange gestanden hatte. Das MS. desselben war sehr sauber / und ist ehemahls in der Fürstl. Bibliothec zu Zeitz aufbehalten worden. a.) War sonst ein Chronicon, in dessen Anfange das bekannte Chronicon *Abbatis Ursper-gensis* bis auf A. 1124. weit accurater zu lesen war / als es heu-



tiges

tiges Tages in dem Drucke erscheinet / erstrecket sich alsdenn ferner bis auf A. 1198. dahero es *Eccardus* als eine Continuation des *Urspergensis* ansiehet / und unter dem Titel der *Analium Bosoviensium* heraus gegeben hat. Man darff sich aber nicht einbilden / daß des Klosters Bosau Historie b.) vornemlich darinnen ausgeführet werde / sondern es fasset in sich die allgemeinen Geschichte damahliger Zeiten / worunter besonders die Naumburgischen Bischöffe hin und wieder c.) vorkommen.

a) Wir wollen des Eccardi eigene Worte aus der Præf. §. 13. anführen: Non est dubium, sagt er / Episcopum (er meinet den Stiffter *Theodoricum*) studiis excultum literas bonas novellæ Congregationi commendasse, Codicibusque utilibus ei providisse. Monasterium ipsum jam *Posen* vocatur, dirutumque ac in prædium Principis conversum est. (*Eccardus* schrieb das A. 1723.) Supellex & libri ejus varie jam dudum dispersi. Interim *Cizæ* in Bibliotheca Episcopali restat *Codex membranaceus* seculo duodecimo exeunte nitide exaratus, Chronicon illud continet, quod deinde sub *Abbatis Urspergensis* nomine evulgatum est. Usque ad A. 1124. exacte id cum edito illo Chronico convenit, si vitia impressionis & malæ lectionis excipias, quorum aliquot millia ex hoc MSto emendare possis. Deinde verò ab A. 1125. usque ad A. 1198. res gestæ annotatæ sunt *à Monacho, ut videtur, Bosoviensi*, unde Continuationi huic Chronici laudati non immerito, credo, nomen *Annalium Bosoviensium* indidimus.

b.) Nur gedachter Titel solte einem leichtlich diese Gedancken beybringen. Dahero auch was in Kreißigs Histor. Bibliothec von Ober-Sachsen p. 500. von des *Eccardi* Corp. Hist. Med. ævi. angezogen wird / nicht anders als auf ietzt gemeldete Art zu verstehen ist.

c.) Also lautet der allererste Anfang: Anno 1125. *Rickuinus* Cizensis Episcopus obiit, pro quo *Uto* Senior constituitur f. 1007.

Ad p. 69.

Ad p. 69.

Als Advocatus stehet *Cunradus* Marchio in den Fundations-Diplomate Bisch. *Theodorici* A. 1121.

Wiederum in dem Privilegio Bisch. *Utonis* A. 1145.

Ad p. 70.

Setze zu den angezogenen Privilegiis annoch folgende:

1.) Päbstl. *Evgenii III.* super omnes proprietates, Monasterii Buzaviensis A. 1152.

2.) Käyserl. *Friderici I.* super omnes proprietates, quæ donavit Monasterio Buzaviensi. A. 1160.

3.) Bischöffl. *Friderici* Archi-Episc. Magdeb. super proprietates Ecclesiæ Buzav. A. 1151.

*Wichmanni* super propriet. Eccles. Buzaug. A. 1151.

*Utonis I.* super dimid. decimat. in pago *Plisna* & super molendinum in *Borschiz* A. 1145. und A. 1146. Wiederum super decima in Crozlin & Myzleboze A. 1139.

*Bertholdi* privil. von A. 1157.

*Utonis II.* super decima in pago Plisnens. A. 1166.

Ad §. 4. p. 70.

Der Mönch *Langius* rühmet Bisch. *Wichmannum* in Chron. Numb. f. 24. bey *Menk.* T. 2. dessen Diploma aber, so wir anführen, zeiget dieses mit mehrern. Es kan ihm auch billig Bisch. *Udo I.* an die Seite gesetzet werden, nebst denen übrigen.

Ad §. 7. p. 73.

*Ecbertus* oder Eckardus stehet in den Fundations-Briefe A. 1121.

*Hermannus I.* kommt für in dem Diplomate *Utonis* von A. 1146. und wird genennet moribus & vita probatus Abbas.

*Gerungus* erscheinet in nur gedachtem Diplomate, it. in Diplom. *Friderici* Archi-Ep. von A. 1150. Wichmanni von A. 1151.

*Azzo* oder Aso ist zu finden in Diplom. Kayser *Friderici* von A. 1160. Bischoff *Udonis* in Diplom. von A. 1166. 1170. in einem andern Dipl. vor das Kloster S. Moritz mit dem Nahmen: *Azzo*, Abbas de Buzowe. S. Diplom. Nachlese P. 8. p. 683.

Ad p. 87.

In dem Catalogo Codicum MS. welche aus unserm Bosau in die Schul-Pforta transportiret worden / stehet auch der *Josephus* No. 7. von diesem hat ietziger Treu-meritirender Rector, Hr. M. Freytag / A. 1727. ein Programma ediret unter dem Titel: de Josephi Membrana, darinnen unter andern gemeldet wird: E. 237. constat foliis, quæ chartam, ut vulgo vocatur, regiam magnitudine æquant, &, cum *antiquitates judaicas* tum & *belli Judaici* historiam complectuntur. Es wird hierauf verschiedenes von der Beschaffenheit und Antiquität des Codicis angeführet / indem solcher zu Bisch. *Udonis* zu Naumburg Zeit / und also nach einem von *Langio* in seinem Chron. Cit. eingerückten Diplomate vor A. 1132. geschrieben worden / mit der bekannten Formul: Sancte Marie in *Bossaugia*. Auf die Frage wohlermeldeten Hn. Rectoris: Quo tempore è monasterio Bossaugiensi in Bibliothecam immigraverit Portensem, me adhuc ignorare profiteor, haben wir in der Histor. von Bosau l. c. geantwortet. Stellen auch dahin / weil die Zeit überein stimmet / ob es nicht des zugleich l. c. beschriebenen *Erkenberti* Hand sey.

Ad p. 97.

An statt des auf dem Titel befindlichen Namens Ilmenau beliebe man zu Stadt Ilmen zu setzen / und also durch alle Blat hindurch / massen unter beyden ein Unterscheid ist. S. *Olear.* Sync. Thur.

Ad p. 102.


Weil auch das Kloster zu Cölleda zur Anlegung des Klosters zu Stadt Ilmen interessiret gewesen / so ist zu gedencken / daß das Ausschreiben der Aebtißin zu einer Collecte in Oberländers Gedächtnis der Zeiten vor der Reform. ed. 1717. p. 24. eingerücket und etwa dieses Inhalts ist: Nos - - de *Collede* Abbatiss. Prioriss. Præposit. - - cum ex merito charitatis pia negotia promovere debeamus dilectæ sorores Sancti moniales Cisterc. nostri Ordinis propter plures causas in oppidum *Jlm* desiderant se transferre. - - Dat. A. 1274.

Wegen Ichtershaussen S. *Menk.* Script. T. 1. f. 577.

):( * ):(

FUN-

# *FVNDATIO,*
# PRIVILEGIA,
## CONFIRMATIONES
ET
INCORPORATIONES &c.
*MONASTERII POSAVI-ENSIS.*



## Index Privilegiorum Monasterii Bosaviensis.



10. Pri-

10. Privil. Dn. *Utonis* secundi sanctæ Numburg. Eccles. Episc. super Decima omni novalium in pago Plisnensi. It.

11. Privil. Dn. *Utonis* sanctæ Numburg. Eccles. Episc. super Decima omni novalium in pago Plisnensi. It.

12. Privil. Dn. *Utonis* sanctæ Numb. Eccles. Epis. & confirmatio ejusdem super iiij mansos in Borschiz & in Gline. It.

13. Privil. Dn. *Utonis* Numburg. Episc. & Confirmatio ejus super aquæ ductum.

14. Privil. Dn. *Utonis* Numb. Eccles. Ep. super quendam locum qui dictus est *Ryzowe* & super Ecclesia quæ dicta est Gröben.

15. Privil. Dn. *Utonis* Numb. Ep. & Confirmatio ejusdem super *Ryzowe* & super *Provin.*

16. Privil. Dn. *Wicmanni* Magdeb. Eccl. Archi-Ep. & Confirmatio ejus super proprietates *Puzaviens.* It.

17. Privil. Dn. *Wicmanni* Magdeb. Archi-Ep. & Confirmatio ejus super proprietates ecclesiæ Puzaviensis (& est omnium præcedentium Confirmativum.)

18. Confirmatio Dn. *Henrici* Imperatoris super restitutione Ecclesiæ in *Zwickowe* & duobus mansis & super decimatione thelonei cœnobio nostro.

19. Confirmatio Dn. *Utonis* Numb. Eccl. Ep. super quinque mansos in villa *Bresen.*

20. Confirmatio Dn. *Bertoldi* secundi sanctæ Numburg. Eccl. Ep. super duos mansos sitos in villa *Cochowe.*

21. Confirmatio venerabilis Dn. *Theodorici* sanctæ Numb. Eccles. Ep. super duos mansos sitos in villa *Gladitz.*

22. Confirmatio Dn. *Friderici* secundi Rom. Imp. super Parochiam in *Criwiz* quam donavit Monasterio Puzaviensi.

23. Confirmatio Dn. *Innocentii* quarti Papæ super omnes proprietates s. bona Monasterii Puzaviens.

24. Privil. Dn. *Hermanni* de *Lobdeburg* dicti de Lichtenberg suorumque hæredum super parochiam in *Lubechowe.*

25. Confirmatio Dn. *Alexandri* Papæ quarti super omnes proprietates s. bona Cœnobii s. Monasterii Puzaviensis Nuemburg. Dioecesis.

26. Privil. Dn. *Engelhardi* Nuemb. Ep. super villam *Lesten* & super parochiam in *Provin.*

27. Privilegium Dn. *Gerlaci* Præpositi totiusque Capituli Numb. ſuper parochiam in *Provin*. It.

28. Privil. Dn. *Engilhardi* Ep. Nuemb. ſuper parochiam in *Provin*.

29. Privil. Dn. *Johannis* Præpoſiti totiusque Capituli in *Gerungiswalde* ſuper bona in *Predap*.

30. Privil. totius Capituli in *Cronſwiz* ſuper novem manſos in *Budovil*.

31. Confirmatio Venerabilis Dn. *Brunonis* Numb. Ep. ſuper novem manſos in *Budowil*.

32. Confirmatio Dn. *Brunonis* Nuemb. Ep. ſuper duos manſos ſitos in villa *Trebenitz*.

33. Confirmatio Dn. *Brunonis* Nuemb. Ep. ſuper decima in *Milſindorff*. quam comparavit *Gumpertus* Confrater noſter de *Remboldisdorff*.

34. Confirmatio Dn. *Brunonis* Nuemb. Epiſc. ſuper quatuor hortos in *Zangenbergk*.

35. Privil. *Alberti* Landgravii ſuper tertium dimidium menſum & ſuper VII. areas ſitas in *Circhove*.

36. Privil. *Theoderici* Marchionis de *Landisberg* ſuper Advocariam in *Ozzete* & in *Hoyndorff* & in Lowiz & alterius Lowiz.

37. Privil. *Theoderici* Marchionis de *Landisberg* ſuper Advocatiam villæ quæ nuncupatur *Thebudiz*.

38. Privil. Dn. *Theoderici* Marchionis ſuper Advocatiam VII. Manſorum in *Gline* & quatuor in *Wathewitz* & quatuor in villa *Provin*.

39. Privil. *Theoderici* Cicenſ. eccleſiæ præpoſiti ſuper ſupanum de *Thechiwitz*.

40. Privil. Dn. *Friderici* Marchionis ſuper proprietatem in villa *Dipoldesdorf*. & ſuper bonis *Vidilitz* x. manſis ſitis in villa *Wirbene*.

41. Privil. Dn. *Hermanni*, *Otto*. & *Henr*. Nobilium de *Lichtenberg* ſuper quandam Vineam in *Lubichowe* trium agrorum ſpaciis extenſam. It.

42. Privil. Dominorum nobilium H. & Alb. Fratrum de *Lichtenberg* ſuper unam curiam in majori *Lubichowe*.

43. Privil. Dn. *Henrici* Numb. Ep. & Confirmatio ejus ſuper eccleſiam in *Provin* & *Criwitz*.

44. Privil. Dn. *Ottonis* Burggravii Senioris de *Lichtenberg* ſuper unum hortum ſitum in parochia *Briſeniz*.

45. Pri-

45. Privil. Dn. *Ottonis* Burggravii de *Lichtenberg* & Confirmatio Dni. *Ulrici* Nuemb. Eccl. Ep. ſuper parochiam in *Briſeniz* quam contulit huic eccleſiæ.

46. Confirmatio Dn. *Udalrici* Nuemb. Ep. & Privilegium Dn. *Ottonis*, Burcgravii de *Kirchberg* ſuper Capellam in *Kirchberg*.

47. Confirmatio Dn. *Friderici*, Marchionis ſuper Capellam in Kirchberg & Parochiam in *Briſeniz*.

48. Privil. Protectionis ejusdem Dn. *Friderici* Marchionis Monaſterii Puzavienſis.

49. Privil. Dn. *Theodorici*, Burcgravii de *Kirchberg* ſuper parochiam in Briſeniz & ſuper Capellam in *Kirchberg*.

50. Privil. Dn. *Ottonis*, Burggravii junioris de *Kirchberg* ſuper parochiam in *Briſeniz* & Capellam in *Kirchberg*.

51. Privil. Dn. *Alberti*, Burchgravii de *Kirchberg* ſuper parochiam in *Briſeniz* & Capellam in *Kirchberg*.

52. Privil. Dn. *Hartmanni*, Burggravii in *Kirchberg* ſuper parochiam in *Briſeniz* & Capellam in *Kirchberg*.

53. Privil. Dominorum *Theoderici*, *Ottonis*, *Alberti* & *Hartmanni* Fratrum dictorum de *Kirchberg* ſuper duas partes unius vineæ, quæ *Wurzegarte* nuncupatur.

54. Privil. Dn. *Nicolai*, Abbatis totiusque capituli Monaſterii *Puzavienſis* ſuper Confraternitate Domin. omnium qui dicuntur de *Kirchberg*.

55. Incorporatio & Confirmatio Dn. *Rudolphi* ſanctæ Nuemb. Eccleſ. Ep. ſuper *Briſeniz* & *Löbichowe*.

56. Incorporatio Dn. *Petri*, Epiſcopi Nuemb. ſuper Eccleſias in *Briſeniz* & *Löbichowe* cum earum Capellis.

57. Confirmatio Dn. *Nicolai*, Papæ ſuper Incorporatione eccleſiarum in *Briſeniz* & *Löbichawe* cum earum Capellis.

58. Confirmatio Dn. *Ulrici*, Nuemb. Episc. ſuper VII. Manſos ſitos in *Rodewansſdorff*.

59. Privil. *Henrici*, Comitis de *Stolberg* ſuper talentum in Moneta Cycẽn.

60. Confirmatio Dn. *Henrici*, Nuemb. Eccl. Ep. ſuper talento in Moneta Cycẽn. Dn. *Henrici*, Comitis de *Stolberg*.

61. Privil. Reverendiſſimi Patris & Do. *Johannis* de Sliniz Ep. Nuemb. eximii decretorum Doctoris de Piſcatura in Ozzel.

62. Privil. Dn. *Alberti*, Burcgravii de *Altinburg* ſuper annonam in *Budowil* quæ vulgariter *Burgkorn* dicitur.
63. Privil. Dn. *Nicolai* Abbatis ſuper Unam aream in *Techwiz*.
64. Mandatum Dn. *Johannis* de Sckönberg Ep. Numb. ſuper Caupo- nia Monaſterii Boſaugienſ.
65. Moderatio prædicti Mandati in quadam viſitationis ejusdem Epiſcopi Facta Anno Dn. xv. & xvj. §. 16.
66. Privil. Dn. *Rudolphi* Nuemb. Ep. ſuper parochias *Böthwiz*. & *Zangenbergk*.
67. Confirmatio Dn. *Gerhardi* Nuèmb. Ep. ſuper parochias *Böthwiz* & *Zangenbergk*.

## No. I.

## *Juramentum Abbat. Poſavienſ.*

E*Go IODOCUS Abbas juro, quod nunc vel in antea volo eſſe obediens Rmo. in Chriſto Patri & Domino, Dno. IOHANNI Epiſcopo Numburgenſi & ſuis ſucceſſoribus Canonice Intrantibus. Item quod monaſterium meum cum omnibus bonis poſſeſſionibus ſuis velim conſervare iujuribus & libertatibus ſuis. Item quod me ipſum Dominos & fratres meos velim dirigere iuxtum Regulam Ordinis noſtri. Item quod divinum cultum dicti monaſterii noſtri velim augere & non minuere. Item quod* ſubſidium charitativum *dum pro hoc dando, vt moris eſt, concluſum fuerit, dabo & præſentabo illi vel illis quem vel quos meus gratioſus prædictus vel ſui ſucceſſores ad hoc colligendum nominandi ſeu nominandos duxerit ſiue duxerint. Item quod non vendam obligabo nec alienabo bona redditus &* clinodia Monaſterii *mei absque conſenſu & voluntate Domini Numburgenſis pro tempore exiſtentis & mei Capituli. Item quod vendita & alienata velim recuperare pro omni poſſe. Item quod Vtilia monaſterio & Ordini prædicti pro poſſe & noſſe velim & ſingula obvenientia in vſum & commoditatem Monaſterii convertere, & inutilia prætermittere omni dolo & fraude ſeclusis. Item quod conſuetudines & legittimas obſervantias Monaſterii mei ſervabo & faciam à Dominis & Fratribus*

*bus meis observari. Item quod nunc & in antea singulis annis Senioribus & conventui meo, Una cum Revm. Domini Numburgens. surrogatis intra Unius mensis spatium post annum Regiminis & Administrationis meæ completam, puram legalem plenariam & distinctam per* libros Rationum *fasiam, edam & perficiam, pro Monasterii yservatione & computum incormasse & irremissibiliter. Hæc omnia & singula in suis punctis & clausulis juxta possibilitatem meam promitto, observare volo, sic me Deus adjuvet & sancta ejus Evangelia. Actum in Die Sancti* Thomæ *Apostoli in Domo Domini* Nicolai Thilemanni *per Dioecesim Numburg. in spiritualibus Vicarii Anno Domini 1516.*

Siehe dergleichen Jurament, so die Aebte/ Aebtißinnen, Priorißinnen und Nonnen abzulegen pflegten / in *Meibomii* Chron. vom Kloster Marienberg vor Helmstädt / welches *Leuckfeld* Ao. 1723. zu Halberstadt edirt hat p. 97.

Ad pag. 13. *

## No. II.

Privilegium Domini *Theoderici* Episcopi Numburgensis Fundatoris, super Fundationem Ecclesiæ *Buzaviens.*

### In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

D*ITERICUS* divina favente clementia Nuenburgensis Episcopus omnibus Christi fidelibus *præsentibus & futuris in perpetuum gratia vobis & pax adimpleatur. Notum esse volumus omnibus Fidei Christianae cultoribus tam futuris quam præsentibus, qualiter ego* Ditericus *Nuenburgensis Ecclesiæ Episcopus in honorem Sanctae* Mariæ *semper Virginis, nec non beatorum* Johannis *Baptistæ, ac* Johannis *Apostoli & Evangelistæ, pro salute & remedio animæ nostræ, omniumque antecessorum & successorum nostrorum, Abbatiam construxi in monte, qui dicitur* Buzowe *ubi die & nocte sedulum Christo servien-*



* S. meine Nachr. vom Kloster Bosau p. 13. allwo gemeldet wird, was *Langius* nur Extracts-weise aus diesem *Diplomate* anführet / welches allhier in dem völligen *Fundations*-Briefe mit andern Littern ausgedruckt worden.

*vientium exhibeatur*, *& jugis Deo oblatio offeratur*, *pro salvatione tam vivorum quam mortuorum omnium, Beato* Petro & Paulo *eorumque Vicariis fideliter servientium ac devote obedientium.* Ad cujus loci provisionem EKKEBERTUM nomine ab HYRSOWIA nobis cum fratribus suis transmissum, abbatem consecravimus, *hoc jus monachis ibidem Deo famulantibus confirmantes*, *vt mortuo abbate suo*, *vel a procuratione cessante*, *secundum Regulam beati* Benedicti *alium eligendi liberam habeant facultatem*, *ita tamen vt* sit *ejusdem Ordinis*. *Videlicet* Hyrsowiens. *qui etiam ab Episcopo consecretur absque omni exactione vel gravamine.* *Ipsi quoque dilecto fratri nostro & specialibus filiis nostris ejusdem Cœnobii fratribus*, *qui signaculum apostolatus nostri sunt*, *in Domino*, *communicato Nuenburgensis & Cizensis ecclesiæ consilio*, *prædicandi*, *baptizandi*, *infirmos visitandi*, *confessiones audiendi*, *mortuos sepeliendi*, *& cætera*, *quæ ecclesiastica sunt*, *celebrandi curam permittimus*, *& hæc posteris ipsorum in perpetuum relinquimus*, *statuentes vt in Sabbatho Sancto Pascha & Pente costes baptismale officium solenniter in ecclesiis & Cellis suis adimpleant*, *& qui apud eos baptizari*, *confiteri*, *vel sepeliri voluerint*, *sive ecclesiæ nostræ sunt Canonici*, *sive laici*, *in quocunque Ordine hominum positi*, *a nullo prorsus prohibeantur*: *sed optato effectu permissionem nostram & Ecclesiæ nostræ ponantur.* Ad necessaria vero victus & vestitus ibi Deo servientium donavimus & tradidimus hæc. Ipsum montem *Buzowe*, *Podogroditz*, *Luconowe* cum adiacente sylva, duos mansos in *Leistan*, VI. in *Gline*, VI. in *Probin*, X. in *Nuendorff* cum Dominicali & omni utilitate, Villam *Dippoldisdorff*, Villam Hagenendorff, Villam *Radewansdorff* in questin, Villam *Niscinsdorff*, *Musthindorff*, cum sylva adjacente, *Sigele* cum Villa nova & sylva contigua, duos mansos in *Dragendorff*, Techewudiz & decimation. ejus. In pago *Geracha* decimam Escobronum, & hæc nomina villarum *Gnannendorff* scobrones IX. NUENDORFF. VII. SELMIZ X. GESENITZ XIII. GIZSAN XIIII. RVPIZAN XIX. RITAZNE XXVII. NIGAUNE XII. Villam COARWITZ cum molendino & prato, In pago PLISNA & villa, quæ RODOWE dicitur IIII. mansos, & decimam mille scobronum, In ZWICOWE

WE II. mansos & dimidium theloneum, quæ solvunt XVI. libras, & ecclesiam baptismalem cum dote & decimatione ejusdem pagi, Portin Dominicale cum XXVI. mansis, Villam Lomez & alteram ejusdem nominis cum adjacente sylva & omnibus terminis earum, Villam - cum sylva adjacente & nova villa cum pratis, molendinis, & omni utilitate, Timendorff cum Foresto, Villam Wathiwitz, Villam Gotizlau juxta -- quæ habet VI. mansos, & Oztrowe VI. qui solvunt XII. libras & VII. Hæc inqnam omnia donavimus cum omni utilitate tam in sylvis quam in campis, in agris cultis & incultis, in pratis & pascuis, in aquis & aquarum decursibus, in stagnis & paludibus, in molendinis & piscationibus, & venationibus, in vineis & vinetis, in viis & inviis, in exitibus & reditibus, in acquisitis & inacquirendis. Rogamus itaque monemus & præcipimus ex auctoritate Apostolorum Petri & Pauli & omnium Sanctorum potestate Domini Kalixti Papæ Cujus Banno hæc firmata sunt, & ex officii nostri debito sub anathemate prohibemus & interdicimus vt nulla persona major sive minor, ecclesiastica vel secularis, prædictas possessiones modo datas, vel in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, vel quibuslibet justis modis acquirendas, invadat, depredetur, incendat, alienet, & diminuet. Statuimus præterea ne fratres ab Episcopo vel Advocato, vel eorum hominibus præjuditia vel molestias in cœnobio & possessionibus suis sustineant, nisi forte pro causis & vtilitatibus Deo servientium, vel certe hospitalitatis gratia invitati fuerint, & quæ ex affectu charitatis afferuntur ad gratiarum actionem recipiant. Volentes nihilominus & assensu præbente Comite Conrado ejusdem Cœnobii Advocato decrevimus vt ipso viam universae carnis ingresso, alium advocatum, ex hæredibus ejus, vel certe quem voluerint, fratres sibi eligant, qui de manu Episcopi eandem advocatiam suscipiat. Beneficiale vero jus in ea nullatenus sibi usurpare præsumat, quia si inutilis esse voluerit, alium sibi substituendum esse fratrum electione cognoscat. Hæc ut prædicta sunt firma manere anathemate interposito volumus, & quæ pagina continet sigillo nostro roboramus. Si quis autem nostra statuta infringere temptaverit, & ammonitus resipiscere noluerit omnipotentis Dei iram incur-

*incurrat. Hujus rei testes sunt* Machtolfus *Nuenburgensis ecclesiæ præpositus, & ejusdem eccesiæ Canonici*, Rivvinus, Brungerus, Heinricus *niger*, Bertolfus, *Cizensis ecclesiæ præpositus*, Hermannus *Canonici*, Rupertus, Johannes *Ecelinus*, Ditericus, Cunradus *Comes & Advocatus*, Arn, Wernherus, Luf, Henricus *ministri*, Gumpertus, Harwicus, Witilo, Isinhart, Martinus Volquinus *fratres & alii. Data V. Idus Novembris, Anno Dominice incarnationis M.C.XXI. XV. a Venerabili ejusdem ecclesiac episcopo* Tiderico *Anno Ordinationis ejus X. feliciter. Amen.*

## No. III.

Privilegium Domini VTONIS primi Sanctæ Nuemburgensis Ecclésiæ Episcopi & Confirmatio ejusdem super dimidiam decimation. in pago *Plisna*, & super molendinum in *Borschitz*.

In nomine Sanctæ & individuae Trinitatis.

*VTO divina disponente providentia, Nuenburgensis Episcopus, Universis Christi fidelibus, Misericordia vobis & pax & charitas adimpleatur.*

*Quoniam quædam parvitas nostra vicem gerit æterni pontificis, qui per omnia fratribus assimilatus non potuit nisi conpati infirmitatibus nostris, Rationis & pietatis est ejus exemplo prout possibilitas obtinet informari, considerando & sublevando indigentiam gregis Dominicæ. Proinde instinctu fraternæ compassionis & obtentu supernæ retributionis, dedi in usus fratrum Deo famulantium in loco qui vocatur* Buzaugia *pro anima mea & pro animabus antecessorum atq; successorum meorum dimidiam decimat. de pago* Plisna, & *molendinum in villa quæ dicitur* Borsiz, & *pro theloneo quod est in* Zwicowe *duas villas sc.* Techebodiz & Rodowe *ex integro, exceptis duobus mansis in* Techebodiz & *excepto beneficio cujusdam Ruperti in* Rodowe *quod ipse ante habuerat. Porro idem beneficium beatæ memoriæ* Gerungus *Buzaugen. abbas ob nimiam & variam importunitatem præfati* Ruperti & *familiæ ejus X. & VIII. marcis puri argenti ei datis redemit, & ecclesia suæ a me tradi impetravit, quatinus fratres ab eo cunctaque posteritate ejus liberi & qui-*

*& quieti permaneant, At vero duos mansos qui excepti sunt in* Techebodiz *prataxato monasterio postmodum contradidi, delegavique ei omnem decimam qua de noualibus nuper cultis vel in posterum colendis in* Plisna *provemire potest.* *Rogatu & permissione* Witradi *plebani cui hac erat a me in beneficio.* *Insuper decimam de novem villis qua antiquitus decimam persolverunt, quam propria manu tenueram, mansos etiam IIII. in* Drögelitz *quos* Mgr. Wilhelmus *a me in beneficium susceperat, sc. acceptis a venerabili* Hermanno *Buzaviense abbate XII. argenti marcis etiam reddidit, vt eosdem* Buzaugiensibus *conferrem.* *Nihilominus notum facio qualiter petente* Witilone *ministeriali nostro ego stabiliam ecclesiae* Buzaviensi *tres mansos in* Drögeliz *quos idem* Witilo *a me in beneficio possederat, mihique reddidit vt prafate eos ecclesiae firmarem, eo tenore vt ante altare sanctae Crucis, quod est in eadem ecclesia, candela indeficiens singulis noctibus ardeat, ejusque anniversarius perpetim ibi devotissime celebretur, & XII. pauperes reficiantur.* *Præterea pandendum censui quia interuentu fratris nostri* Gerungi *supra scripti abbatis donavi ecclesiae in* Buzavia *villam* Golbin, *quae concessione mea beneficium fuit Ottonis de* Rothowe, *hanc enim abbas idem commutavit IIIIor aliis villis quae ad cœnobium suum pertinuerunt, his videlicet,* Niscingisdorff, Muscilinisdorff, Bichili, Kirsi, *easdem Ottoni ego pro* Golbin *in beneficium præstiti, Jam vero diligentius est commendandum, quia cuncta bona quae hic digesta sunt, cum omnibus appenditiis & utilitatibus qua ex eis & per ea præsentialiter & in futurum haberi queunt, rata feci ecclesiae* Buzaugensi *in plenam & propriam & perpetuam possessionem.* *Sed subprementum non est quod eadem bona eidem ecclesiæ jam pridem per me tradita sub diversis temporibus ac testibus quorum hic demonstrationem vitari congruum duxi partim continentur in quibusdam ipsius Ecclesiae testamentis.* *Ego autem simul ea hoc uno deposito comprehendi, ut si priora cyrographa quolibet modo perirent, istud cautele sufficeret.* *Igitur quicumque contraire præsumpserit præsenti privilegio, ab omni consorcio salvandorum præcisum Se noverit auctoritate patris & filii & judicio Spiritus Sancti, & anathematis nostri sententia.* *Hujus rei testes sunt* Reinol-

C nol-

noldus *abbas S. Geori*, Eberwinus *abbas de Burgelin*, Adelbertus *abbas portens.* Bertoldus *præpositus majoris ecclesiae & Canonici ejusdem loci*, Conradus *præpositus S. Mauritii*, Vto *præpositus Cicensis ecclesiæ & Canonici ejusdem loci*, Conradus *Marchio* advocatus *ejusdem abbatiæ*, *& filius ejus* Otto. Adelbertus *Marchio*, Ludevvicus *provincialis comes Thuringiae*, Erckenbertus, *Duringus*, Conradus, Ludewicus de Wipfere, Henricus de Plisne, *nobiles*, *Ministeriales*, Martinus, Volquinus, Herbo. Hnr. Hertvvicus Gerhardus. *Data Anno Incarnationis Dominicæ M. C. XLV. Indictione VIIII.*

## No. IV.

Privilegium Domini VTONIS primi, Nuemburgensis ecclesiæ Episcopi, super decima in pago *Plisna* omnium novalium & super decima in pago Gera.

### In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis!

*VTO divina favente clementia, Nuemburgensis Episcopus, omnibus Christi fidelibus, tam præsentibus quam futuris. Quoniam in magni Patris familias domo, fidelis & prudentis servi nomine censemur, & super ipsius familiam ad dandam illi in tempore tritici mensuram constituti esse videmur, justum est & rationi assentaneum, vt fidelibus Christi, Conservis videlicet nostris arguendo, obsecrando, increpando in spiritualibus ita praeesse studeamus, ut etiam in via Dei currentibus & nobiscum laborantibus, præsentis vitæ viaticum ne deficiant, in quantum valeamus, administrare non negligamus. Ea propter beati patris nostri* Theoderici *sanctæ Nuemburgensis ecclesiae Episcopi, qui* Buzaugense *Cœnobium a Fundamentis crexit, possessionibus & decimis dotavit, & tantum boni operis inicium sanguinis effusione optimo fine consumavit, vestigiis inhaerentes, eundem locum, & omnem ejusdem loci Familiam veneramur, amplectimur, & diligimus, & in usus cottidianos fratrum Deo inibi in perpetuum servientium, decimam in pago* Plisna *omnium novalium in præsenti cultorum, vel in posterum colendorum sub spe vitae æternæ delegamus. In pago circum* Geraha *vbi decimam C. scobronum &*

am-

*amplius in novem villis* Gnannendorff *videlicet*, Nuendorff, Selmice, Crescuwice, Grovvithan, Rodhacice, Ropizane, Nidazne, Nigaune, *traditione jam dicti* Theoderici *Episcopi possident, omnium novalium decimam in terminis & adiacentis earundem villarum cultorum vel colendorum fratrum indigentiis, profuturam concedimus, Decimam quoque cujusdam nova villa, quam* Zvemuzl. *quidam primus incoluit, ecclesiae, quam in villa* Ozzetz *consecravimus, assignavimus, Ecclesiam autem eandem cum villa* Ozzets *præfatus Episcopus* Theodericus *cum omnibus pertinentiis suis* Buzovvign. *Cœnobio delegaverat, Forestum nihilominus quoddam quod ad orientem via veteri ad austrum & aquilonem duobus rivulis, ad occidemtem terminis villae* Ozzetz *limitatur, memorato Cœnobio contradidi. Etsi forte cultum fuerit decimam novalium ecclesiae in* Ozzetz *permisi, Idem vero forestum quidam* Liutprandus *nobilis vir de* Salsiz *in beneficio habuit, & pro villa quae* Thimonis *dicitur, & foresto contigua est, Domino* Hermanno *& moribus & vita probato* Buzovvigensis *Cœnobii abbati voluntate & permissione mea in concambio dedit, Vt itaque donationis nostræ largitio in omnia retro futura tempora firma & stabilis permaneat, hanc contra stultorum temerariam præsumptionem banno nostro firmavimus. Insuper scripto & sigilli nostri impressione munivimus. Testes hujus rei sunt hi, Marchio* Conradus, Gerungus *abbas Buzaviens. cujus petitione haec pagina conscripta est* Reinoldus *Abbas de sancto Georio*, Adelbertus *Abbas de porta*, Ebervvinus *Abbas de Burglin*, Conradus *præpositus*, Hartmannus, Bermarus *laici*, Vdalricus *Mutiz*, *Linprandus* de Salsiz, *Heydenricus de* Weta, *Sigibertus de* Robin, *ministeriales*, Isinhardus, Herbo, Martinus & Wolquinus *fratres*, Hertvvicus & Hnr. *fratres*, Witilo, Bernhardus, Adelbertus *& alii quam plures, Acta sunt hac Anno Domini M. C. XLVI. Indiction. VIIII. XVII. Kal. Maij in* Cice, *Anno Ordinationis Domini* Vtonis *Episcopi XX. Amen.*

## No. V.

Privilegium Domini VTONIS primi Sanctæ Nuemburgensis Ecclesiæ Episcopi super decima in *Crozlin* & *Myzleboze*.

N*Otum sit omnibus Dei fidelibus, Quia ego* Vto *Nuenburgensis Episcopus, tradidi fratribus in* Buzaugia, *rogatu* Hartvvici *ministerialis ecclesiae* Cizensis, *decimas tam fructuum quam animalium in duabus villis* Crozlin *&* Mizleboze *de illis possessionibus quas idem* Hartvvicus *in eisdem vicis a me beneficii jure suscepit atque sub aratri sui cultu, curiaeque nutrimento tenuit & hoc constitui, vt easdem decimas de eisdem possessionibus ecclesiae* Buzaviensi *persolvant, quicunque possessiones illas post* Hartvvicum *in omni postmodum tempore lege beneficii tenuerint, Hæc rata esse, sub anathemate confirmo. Hujus actionis testes sunt, quorum nomina subscripta sunt,* Thimo *Cicensis præpositus,* Witradus *Decanus,* Bermarus *Scholasticus,* Hartmannus *Archiprbr.* Henricus *Capellanus. Sequuntur laici. Duringus* Conradus, Thimo, Otto, *Abhinc ministeriales,* Witelo, Martinus, Henricus, Arnoldus, Gerhardus, Humbertus, *Data* Cice, *III. Nonas Octobris Anno ab incarnatione Dni. M. C. XXXVIIII. Indict. secunda.*

## No. VI.

Privilegium * Domini WICMANNI sanctae Nuemburgensis ecclesiae Episcopi, & confirmatio ejusdem super bona seu proprietates ecclesiae *Buzaugien.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

W*ICMANNVS annuente Divina Clementia sanctæ Nuemburgensis ecclesiæ Episcopus, omnibus Christi fidelibus præsentibus & futuris in perpetuum gratia vobis & pax. Quoniam officii nostri est, religiosos viros*

* Das gegenwärtige Diploma meinet *Langius* in Chron. Numb. (bey *Menken.* Script. T. 2. f. 24.) und rühmet *Wickmannum* als einen grossen Wohlthäter seines Klosters: Er hat es aber nicht beygebracht. Dahero es allhier erscheinet. Siehe meine Beschreib. von Bosau p. 63.

*viros fraterna charitate diligere, & eos in suis opportunitatibus pro posse nostro consovere, vtile & necessarium judicamus, non solum ipsos & bona eorum ab inquietorum insolentia protegendo defendere, verum etiam hoc ipsum contra stultorum audaciam scripti memoriae contradendo ad posteros transmittere, vt videlicet nobis & pro bona voluntate à justo judice Deo optata fiat retributio & nulla aliquibus illicita præsumendi relinquatur occasio. Qua propter notum sit, omnibus tam præsentis quam futuri temporis fidelibus, quomodo felicis memoriæ prædecessor noster* Theodericus *Nuenburgensis ecclesiae Episcopus, monasterium in honore gloriosissime Dei genitricis MARIÆ sanctique* Johannis Baptistae, *& beati* Johannis Apostoli & Evangelistae, *unanimi fidelium ecclesiae suae consilio, in loco qui dicitur* Buzaugia *construxerit, & fratribus ex* Hirsougensi *Cœnobio adductis, qui ibidem Deo in perpetuum secundum Regulam beati* Benedicti *deserviant, tradiderit, permissa eis & scripto firmata, in omnia retro futura tempora, ex* Hirsougensi *tantummodo ordine Abbatum electione & delegata eis in usus cottidianos prædiorum & bonorum infra scriptorum possessione. Recolendæ etiam memoriae antecessor noster VTO Episcopus dignum recordatione beati Patris* Theoderici *opus, quod sanguine consumavit, diligendo & approbando manuscripto suo firmavit, & bona ipsorum fratrum, quæ subscripta sunt, intuitu Diuinae remunerationis augendo multiplicavit, Haec itaque sunt bona quae Venerabilis Pater* Theodericus Buzaugensi *Cœnobio donavit, & privilegio roboravit: Ipse mons* Buzowe *villa in pede montis* Bodegrodiz, *villa* Luqunowe, *cum adiacente silvula, decimatio in* Techebodiz, Rodewansdorff, *Sex mansi in* Glinæ, *Sex in* Provin, *in* Nuendorff *X. mansi, & Dominicale cum omni vtilitate, villa* Dippoldisdorff *juxta* Nezze, Hagendorff, Wathevvitz, Ozzetz, *& ad jacens nova villa,* Thimindorff *cum adjacente silva, In* Portin *Dominicale cum XXX. & VI. mansis,* Blochsdorff, *In pago* Geraha *decimatio C. scobronum, In pago* Zvvickovve *ecclesia cui attinent duo mansi & decimatio ipsius pagi, & villa* Coarvvitz *cum molendino & pratis & omni utilitate, In pago* Plisna *decima M. scobronum, In* Rodovve *IIIIor mansi. Et hac sunt bona quae piae memoriae*

*VTO Episcopus præfato monasterio contradidit, In pago* Plisna *dimidia decimatio, & novem villarum antiquarum & omni ibidem novalium cultorum, vel in posterum colendorum, decima a* Witrado *Cicensi Decano Cœnobio collata, In villa* Techebodiz *XV. mansi, & in villa* Rodovve *XIII. mansi, qui dati sunt pro commutatione Thelonei in* Zwicowe, *Item in villa* Techebodiz *II. mansi, In* Rodowe *beneficium cujusdam* Ruperti *a Venerabili* Gerungo *Abbate X. & VIII. Marcis argenti redemptum, In villa* Drögelitz *X. mansi, & dimidius, Villa* Golbin, *Villa* Lomzek *& altera ejusdem nominis, In* Glinz *mansus Vnus,* Miltindorff *cum omni utilitate, In Villa* Nidazne tres *mansi Decima cujusdam Dominicalis in villa quæ dicitur* Grozelin; *Hæ sunt villæ & hæc sunt bona ab Excellentissimæ recordationis Episcopis* Theodorico *&* Vtone Buzaugensi *Cœnobio collata & in perpetuam eis possessionem banno ipsorum & privilegio confirmata. Patrum itaque nostrorum vestigiis in hærere cupientes, tum officii nostri debito, tum dilecti fratris nostri GERVNGI* Abbatis petitione & desiderio, *felicia facta ipsorum digna laude attollentes approbamus & præsenti pagina roboramus, & ne in posterum aliquorum præsumptione temerentur, Sigilli nostri recognitione signamus, In nomine etiam Patris & Filii & Spir. S. Auctoritate Apostolorum Petri & Pauli, & potestate Domini* Eugenii *summæ sedis Pontificis & nostra, praefato Cœnobio, fratribus & eorum possessionibus villis videlicet & prædiis, agris cultis & incultis, pratis, pascuis, molendinis, paludibus, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, campis, silvis, viis, inviis exitibus & reditibus, acquisitis & inreliquum juste acquirendis, æternam pacem assignamus, & ne in futurum aliqua prorsus persona vlla Occasione bona ipsorum fratrum qui Deo serviunt, invadat, diripiat, incendat, imminuat, sub interminatione anathematis in verbo Domini nostri JESV CHRISTI prohibemus. Si quis autem hujus nostræ constitutionis sententiam sciens, temere contraire temptaverit, & prædictos fratres vel bona eorum in aliquo inquietare præsumpserit, non sit ei hæreditas in regno Christi & Dei, & divisus ab Unitate corporis Christi, non habeat partem in resurrectione justorum, si non agnoscens reatum suum resipuerit, & temeritatis ausu Abbati monasterii & fratribus satisfecerit. Praecepti*

*vero*

*vero nostri tenorem observantibus & sæpe dictos fratres & bona eorum protegentibus, sit eis in in præsenti salus & perfectio a Domino & in futuro æterna vitæ retributio. Amen. Hujus paginæ testes sunt hi Canonici Majoris Domus* Bertoldus *Præpositus*, Theodericus *Decanus*, Waltherus *Custos*, Gerlagus Mgr. Trutwinus, Hermannus, Johannes, Arnoldus, Adelbero, Cunradus, Adelbertus *Abbas de Porta*, Reinoldus *Abbas*, Everwinus *Abbas*, Lupoldus *Præpositus*, Eberhardus *Præpositus*, *Canonici Cicensis*, Vto *Præpositus*, Germarus *Decanus*, Hartmannus *Vice-Dominus*, Cunradus *Marchio, Filii ejus*, Otto, Theodericus, Dedo, Adelbertus *Marchio.* Ludevvicus, *provincialis Comes*, *Nobiles*, Sizo *Comes*, Fridericus *Comes*, Fridericus de Horbure, Erckimbertus, Cunradus, *Ministeriales*, Martinus, Henricuc, Vdalricus, Gerhardus, Gumperdus. *Data Anno ab incarnatione Dni. M.C.LI, Indict, VIIII, VI. Idus Junii.*

## No. VII.

*Confirmatio Domini* EUGENII *Papæ* tertii *super omnes proprietates seu bona Monasterii* Puzaviensis.

EUGENIUS, Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Abbati Monasterii S. Mariæ, quod *Buzaugia* dicitur, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosis desideriis dignum esse facilem præbere consensum, vt fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Ea propter dilecti in Domino Filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium, in quo Divino mancipati estis obsequio, sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium in præsentiarum juste & Canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis de propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Montem

Bo-

*Bozowe*, in quo ipſum monaſterium conſtructum eſt, *Podogrodiz*, Villam *Luconowe* cum adjacente ſilva VI. manſos in *Gline*, ſex in *Provin*, In *Nuendorph* X. manſos, & Dominicale cum pertinentiis ſuis, *Thiepoldilsdorph*, *Hageuendorph*. *Rodewancsdorph*, Decimation; in *Tecbibodiz*, *Molochosdorff*. In pago *Geraba* decimationem C. ſcobronum, In Zwickowe eccleſiam cum dobus manſis, & decimatione ipſius pagi, villam *Coarwiz* cum molendino, pratis & ſilvis, Villam *Wathewitz*, villam *Ozelz*, eccleſiam & villam *Hoychenwalt* cum adiacente ſilva, In pago *Pliſnæ* decimam M. ſcobronum, In *Rodowe* IIIIor. manſos, in *Portin* Dominicale cum XXX. & VI. manſis, In pago, quæ vocatur *Pliſna* dimidiam decimationem, & ibidem cunctorum novalium, atque novem antiquarum villarum decimam, In villa *Borſiz* molendinum, villam *Techebodiz*, villam *Rodowe* cum pertinentiis ſuis, In villa *Drogeliz* X. manſos & dimidiam villam *Golbin*, villam *Lomezetz* & alteram villam ejusdem nominis, In villa *Gline* manſum unum, Decimam cujusdam Dominicalis in villa quæ dicitur *Crozelin*, & villam *Milthendorph* cum pertinentiis ſuis, Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum Cœnobium temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis pro futura, ſalva dioceſani Epiſcopi Canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri JESV CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubjaceat, Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini JESV CHRISTI, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego

Ego EVGENIVS * Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego *Conradus* Sabinensis Episcopus sic scripsi. Datum Latnis per manum *Samsonis* sanctæ Romanæ Ecclesiæ scriptoris IIII. Kal. Janua. Indict. VV. Incarnat. Dominicæ Anno. M. C. LII. Pontificatus vero Domini *Eugenii* III. Papæ Anno VIII.




## No. VIII.

***Privilegium Domini FRIDERICI Magdeburgensis Ecclesia Archi-Episcopi & Confirmatio ejusdem super bona seu proprietates ecclesia* Puzaviensis.**

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

FRIDERICVS divina misericordia sanctæ Magdeburgensis ecclesiæ Archi-Episcopus, omnibus Christi fidelibus præsentibus & futuris in perpetuum, gratia vobis & pax multiplicetur, Officii

D nostri

* Obiges Siegel Pabst Eugenii III. ist zu sehen in *Leukf.* Antiqq. Michaelstein. p. 89. das Diploma aber selbst / als ein Privilegium vor Michaelstein ist auch unter denen Diplomatibus, so in Kettners Antiqq. Quedlinb. edirt worden / p. 180. anzutreffen.

nostri nos hortatur auctoritas venerabilium patrum & præcipue ecclesiæ nostræ filiorum pie memorie Episcoporum laude digna facta, admirando diligere & diligendo approbare, & approbando ad posteros etiam per scripta transmittere, ut videlicet & præsentes quod imitentur habeant, & futuri vnd. Dominum im Majorum suorum operibus venerentur inveniant. Quo circa notum sit omnibus tam nostri quam futuri temporis fidelibus, qualiter Venerabilis Pater *Theodericus* Nuenburgensis ecclesiæ episcopus respectu divinæ miserationis pro remedio animæ suæ. & prædecessorum successorumque suorum memoria monasterium in honore Beatæ & gloriosæ genitricis Dei *Mariæ* in monte qui dicitur *Buzowe* Construxerit, & fratres illic sub regula beati Benedicti Deo in perpetuum servituros ex *Hirsaugn.* Cœnebio aggregaverit liberamque eis Abbatum electionem ex eodem duntaxat ordine concesserit, & communicato fidelium ecclesiæ suæ consilio, prædia subscripta eis in usus cottidianos delegaverit, Quem etiam aliquanto post tempore felicis memoriæ VTO ejusdem ecclesiæ Episcopus secutus, memorabile antecessoris sui opus approbavit, & intuitu divinæ remunerationis eorundem fratrum prædia quæ infra scripta sunt augendo multiplicavit, Hæc itaque sunt prædia, quæ prædictus pater *Theodericus* præfato Cœnobio contradidit, & scripto firmavit, Ipse mons *Buzow*, Villa *Podegrodiz*, Villa *Luckonowe* cum adjacente silvula, sex mansi in *Glinae*, sex *in Provin*, In *Nuendorff* X. mansi & Dominicale cum silvis & pratis & omni utilitate, villa *Dipoldesdorff*, *Hagendorff*, *Rodewansdorff*, Decimatio in *Techewuditz*, in pago *Geraha* decima C. scobronum, In Zwickowe ecclesia cui attinent duo mansi & decimatio ipsius pagi, & villa *Coarwitz* cum molendino & pratis & silvis, villa *Wathewitz*, villa *Ozzelz* & adjacens nova villa, *Timendorff* cum adjacente silva, In pago *Plisna* decima M. scobrnnum, In *Rodowe* IIII. mansi, In *Portin* Dominicale cum XXX. & VI. mansis. Et hæc sunt prædia & reditus quos venerabilis VTO Episcopus eidem monasterio donavit & scripti memoria confirmavit, in Pago *Plisna* dimidia decimatio & omnium ibidem novalium cultorum vel in posterum colendorum decima,

& no-

& novem villarum antiquarum, molendinum in Villa *Borsiz*, Villa *Techebcdiz*, villa *Rodowe*, cum omni utilitate, Villa *Golubin*, villa *Lomzec*, & altera ejusdem nominis, In villa Drogelitz X. mansi & dimidius, In villa *Glina* mansus unus, decima cujusdam Dominicalis in villa quæ dicitur *Groselin*, villa *Miltindorff* cum omni utilitate. Hæc sunt prædia & possessiones Cœnobio Beatæ Mariæ a venerabilibus Episcopis *Theoderico* & *Vtone* donatæ, cum omni præsenti & futura in reliquum utilitate. Nos itaque tum officii nostri debito, tum dilecti fratris nostri *Gerungi*, ejusdem cœnobii abbatis, petitione religiosorum Virorum facta gloriosa laude attollimus & præsentis paginæ scripto approbamus, & ne in futurum ab aliquo inquietorum ausu temerario infringantur sigilli nostri impressione roboramus, In nomine etiam Patris & filii & spiritus Sancti, Auctoritate Apostolorum *Petri* & *Pauli* & potestate Domini *Eugenii* summæ sedis pontificis & nostra, sub interminatione anathematis præfato cœnobio fratribus & eorum prædiis villis videlicet & reditibus, agris cultis & incultis, pratis, pascuis, molendinis, paludibus, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, campis, silvis, viis & inviis, exitibus & reditibus, acquisitis & in reliquum justæ acquirendis, æternam pacem assignamus, & ne in futurum aliqua prorsus persona ulla occasione bona ipsorum fratrum, qui Deo serviunt, invadat, diripiat, incendat, imminuat, In verbo Domini nostri JESU CHRISTI prohibemus. Si quis autem hujus nostræ constitutionis sententiam sciens, temere contraire temptaverit, & prædictos fratres vel bona eorum in aliquo inquietare præsumpserit non sit ei hæreditas in Regno Christi & Dei, & divisus ab unitate corporis Christi non habeat partem in resurrectione justorum, si non agnoscens reatum suum resipuerit, & pro temeritatis ausu abbati monasterii & fratribus satisfecerit, præcepti vero nostri tenorem observantibus & sæpe dictos fratres & bona eorum protegentibus, sit eis in præsenti salus & protectio a Domino, & in futuro æternæ Vitæ retributio, Amen. Hujus nostræ paginæ testes hi sunt, *Wiemannus* Nuemburgensis ecclesiæ episcopus, *Adelbertus* Misnensis Episcopus, *Anshelmus* Havelbergensis Episcopus,

*Wickerus* Brandenburgensis Episcopus, *Arnoldus* abbas de Bergæ, Canonici Magdeburgensis ecclesiæ, *Gerhardus* majoris domus præpositus, *Hazeko* Decanus, *Bruno* Præpositus, *Widoldus* præpositus, *Otto* Vice-Dominus, *Ludewicus*, *Fridericus* præpositi de Halle, Canonici Nuemburgensis ecclesiæ, *Bertoldus* præpositus, *Dietericus* Decanus, *Waltherus* Custos, *Gerlagus* Magister, *Trutwinus*, *Hermannus*, *Arnoldus*, *Adelbero*, *Conradus*, *Adelbertus* Abbas de Porta, *Reginoldus* Abbas, * *Eberwinus* Abbas, ** *Lutpoldus* præpositus, Canonici Cizensis, *Vto* præpositus, *Zermarus* Decanus, *Hartmannus*, *Engilbertus*, *Heinricus*, *Conradus* Marchio, *** filii ejus *Otto*, *Titbericus*, *Dedo*, *Adelbertus* marchio, *Ludewicus* provincialis Comes, Nobiles *Sizzo* Comes, *Fridericus* Comes, *Fridericus* de *Horburck*, Ministeriales, *Martinus*, *Henricus*, *Gerhardus*, *Gumperdus*. Data Anno ab Incarnatione Domini M. C. L. primo, Indict. XIII. IIII. Kal. Junii.

## No. IX.

*Privilegium Domini* BERTOLDI *Sanctæ Nuemburgensis ecclesiæ Episcopi, super duos mansos sitos in villa* Silezen *& super duo prata, sita in villa quæ Nuncupatur* Drögelitz.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

*BERTOLDVS* divina favente clementia Nuemburgensis ecclesiæ episcopus, omnibus nomen Domini invocantibus, in perpetuum gratia vobis & pax. Quoniam exemplo boni pastoris informamur Dominicarum ovium nobis ab ipso commissarum, non solum sollicitudinem verbo & exemplo gerere, sed etiam si necesse

---

* Zu S. Georgen vor Naumburg.

** Zu Bürgel. S. meine Beschreib. v. Bosegk p.99. u. sq. No.IX.

*** Es wird der Advocatus des Klosters gemeinet/ von welchem *Langius* in der Chron. Numburg. f. 25. bey *Menk.* T.2. also schreibet: A. 1156. *Cunradus* Marchio *Misne* & *Luzacie* primus *Marchionum Misnensium* stirps & origo. Fundator Monasterii *Montis Sereni* primusque Cenobii nostri *Bosaugiensis* Advocatus obiit in predicto suo Monasterio *Montis Sereni* sepultus. S. oben p. 5.

cesse sit pro ipsis anima ponere, cum grandia exequi non sufficiamus, rationi assentaneum judicamus cum propheta super custodiam Domini pro modulo nostro die noctuque stare & fideles ipsius pro ut facultas se obtulerit, in suis oportunitatibus sustentando adjuvare, Qua propter noverit Christi fidelium tam præsentium universitas, quam futurorum posteritas quod nos petitione dilecti & venerabilis fratris nostri *Azzonis* Buzzaugensis Cœnobii Abbatis duos mansos in *Thipoldesdorff*, quæ & *Nesce* dicitur, quos *Marquardus* quidam Ministerialis meus ab ipso in beneficio possederat, & quos V. marcis argenti ab hæredibus Abbas redemit, possessioni fratrum restituimus, Banno firmavimus, hocque factum scripto memoriæ posterorum transmissum Sigilli nostri impressione recognovimus, Felicis siquidem recordationis Dominus *Vto* Episcopus prædecessor meus præfatos mansos pro concambio aliorum duorum mansorum in villa quæ *Lesen* dicitur sitorum, qui Cœnobii *Buzaviensis* aliquando fuerant & eosdem *Wicnando* ministeriali suo ejusdem villulæ Domino in beneficium contradiderat consensu & petitione jam dicti *Marquardi* memorato Cœnobio delegavit, banno & privilegio firmavit ea plane conditione, ut sæpe dictus *Marquardus* qui eos beneficii jure ab ipso prius habuerat, quoad viveret ab abbate monasterii jure hominii possideret & deserviret, Eo vero sublato de medio, usus eorum fratrum utilitatibus absque alicujus reclamatione in reliquum proveniret, *Marquardo* itaque aliquando post tempore viam universæ carnis ingresso, hæredes illius, quos post factam conditionem mansorum habuit, nobis & pro hæreditate, ut dicebant, paterna V. marcas argenti, ut dictum est ab Abbate receperunt & sic demum omnem querimoniam coram idoneis testibus infra notatis, duos nihilominus mansos in villa *Silezen* nuncupata, quos *Ripertus* ministerialis meus a me jure beneficiali habuerat, & quos prænotatus abbas ab eodem *Ruperto* X. Marcis redemit fratribus Cœnobii prætaxati contradidi, Præterea respectu divinæ gratiæ pro remedio animæ meae prædecessorumque meorum duo prata ad occidentalem & orientalem plagam villæ quæ Drögeliz dicitur, sita, usibus fratrum *Buza-*

*vienſium* adiecimus, occidentale quidem, quod commune & cottidianum equorum noſtrorum ſtationarium fuerat, Orientale vero a ruſtico quodam, qui hoc antiquitus poſſedit, **Prauten Wieſe** vocatur & *Ottonis* cujusdam *Martino* miniſteriali noſtro & illius à nobis beneficium fuerat, pro quo memoratus *Otto* duas ab abbate marcas argenti *Martino* Domino ſuo conſentiente recepit. & jam dictus *Martinus* ab illo ſibi reſignatum nobis reſignavit, & cœnobio prædicto donari rogavit, Si qua igitur in poſterum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hujus noſtrae conſtitutionis paginam ſciens contraire temptaverit, & in manſis ſive pratis a nobis Cœnobio collatis invaſor vel moleſtus eſſe præſumpſerit, Auctoritate Dei Omnipotentis præfatae Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, banno etiam Domini *Adriani* ſummae ſedis pontificis & noſtro poteſtatis honorisque ſui detrimentum incurrat, & cum Juda traditore a Communione Sacramentorum eccleſiae ſegregatus, in extremo diſtricti judicis examine, niſi pœnituerit, æternis gehennae ignibus ſubiaceat. Hujus rei teſtes ſunt: *Rabodo* Nuenburgenſis præpoſitus, *Vto* Cicenſis præpoſitus, *Theodericus* Abbas de S. Georio, *Theödericus* Abbas de Porta, *Eberwinus* Abbas de Burgelin, Canonici Nuenburgenſ. *Gerboto* Decanus, *Waltherus* Cuſtos, *Gerlagus* Magiſter, *Trutwinus*, *Hermannus*, *Albero*, *Conradus*, *Johannes*, *Mannoldus*, *Henricus*, *Erneſtus* præpoſitus de S. Mauritio, *Conradus* præpoſitus de S. Stephano, Canonici Cicenſ. *Germarus* Decanus, *Hartmannus*, *Sifridus* Cuſtos, *Hnr. Hedelgerus*, *Fridericus Rudolfus*, *Otto* Marchio, *Dedo* Comes *advocatus*, *Reynhardus* Cicenſis Caſtellanus, *Theodericus* Caſtellanus de *Groiz*, Henricus de *Rothow*, Heydenricus de *Weta*, Otto de *Thraconov*, Conradus de *Bretenbuc*, Thebaldus de *Salſiz* Miniſteriales, *Martinus* & filii ejus de *Throſzen*, *Gerhardus & Gumpertus* fratres, Volradus de *Hagen*, *Hetwigus* & *Lodewigus* fratres, *Conradus & Thuringus* fratres & alii quam plures, Actum Anno Dominicae Incarnationis M. C. LVII. Indict. V. XIII. Kal. Maij Anno Ordinationis Domini *Bertoldi* Epiſcopi III. in Domino feliciter, Amen.

No. X.

## No. X.

*Confirmatio Domini* *FRIDERICI* *Romanorum Imperatoris super omnes proprietates seu bona que donavit Monasterio* Puzaviensi *perpetuo possidenda.*

### In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

*FRIDERICUS* divina favente clementia, Romanorum Imperator & semper Augustus. Quae præclarissimorum Imperii nostri principum porrecta petitione a nostra Majestate postulantur, effectu debent subsequente compleri, ac potissimum ea quæ Religiosorum Deo famulantium usui ac quieti prodesse noscuntur. Ea propter noverit sanctæ Dei ecclesiae atque Imperii nostri fidelium Universitas, quomodo nos pro amore Dei, animæque nostræ remedio, ac petitione dilecti nobis principis, *Wichmanni* Magdeburgensis Archiepiscopi, Monasterium intemeratæ Virginis Dei genitricis *Mariæ* Sanctorumque *Johannis* Baptistæ & *Johannis* Apostoli & Evangelistæ, quod *Theodericus* felicis memoriae Nuemburgensis Episcopus in monte, qui *Buzaugia* dicitur, construxit, cum Abbati præsenti *Azzone* * universisque Abbatibus seu Monachis Deo illic secundum regulam beati Benedicti ordinem *Hirsaugiensem* servituris, possessionibus quoque ac Familiis, quas *Theodericus*, *Vto & Bertoldus* Nuenburgenses Episcopi ceteriue eidem Cœnobio fideles rationabiliter contulerunt, aut ipsi fratres juste acquisierunt, seu in futurum legaliter acquirere potuerint, *In Imperialis protectionis tutelam specialiter recepimus ac praesentis praecepti auctoritate firmamus*, Statuentes, ut secundum

* Eben dieser Abt Azzo reisete deswegen nach Italien zum Kayser, der sich zu Pisa befand, dieses Diploma zu erlangen, wie *Langius* in Chron. Numburg. f. 26. bey *Menk.* T. 2. meldet, und nur den Anfang und Schluß des gegenwärtigen Briefes anführet.

dum institutionem Regula beati *Benedicti* & Ordo *Hirsaugiensis* a fratribus ipsius monasterii in perpetuum servetur, & abbate decedente alius ex eodem Ordine libera fratrum electione substituatur, Hæc sunt autem nomina possessionum ecclesiae, quæ ad nos perlata sunt. Ipse mons *Buzaugia*, villa *Podogrodiz*, *Lucunowe* cum molendino & adiacente silva, *Techebodiz* cum decima & omni utilitate, Septem mansi in *Glinae*, sex in *Provin*, *Rodevvanstorff*, *Miltendorff*, *Standorff*, *Wathevviz*, In Drögelitz VI. mansi & unum Forwercum & duo prata, in *Reimpoldesdorph* decima, In *Silezen* duo mansi, in *Nuendorff* ecclesia cum dote & X. mansi ac unum Forwercum, *Thipoldelstorff*, villa *Golbin*, *Ozzetz* villa *Lomzk*, & altera ejusdem nominis, *Thimendorff*, cum silva, In *Nidazne* tres mansi, In *Portin* Forwercum, & XXXXI. mansi, villa *Hoikinwald* cum ecclesia & silva, & cum omnibus terminis suis, *Molochestorff*, In pago *Gera* decimatio C. scobronum, In pago nostro *Plisna* decimatio duo milia scabronum, & novem antiquarum villarum decima & omnium novalium ibidem cultorum, vel in posterum colendorum, villa *Rodovve* cum omni utilitate, In Zwickowe ecclesia cum duobus mansis, & decima nummorum ex theloneo, & villa *Coarwiz* cum molendino & pratis & omni utilitate, molendinum in *Borschiz* Decima Forvverci unius in *Crozzelin*, Hæc inquam omnia in quantum possumus aut debemus prænominato Cœnobio confirmantes, statuimus uti nulla ecclesiastica secularisve persona ullam ei inferat injuriam, personas ejus gravando, aut possessiones legitimas auferendo, seu minuendo, *Quisquis vero hujus nostrae jussionis confirmationem temerarie violare præsumpserit LX. libras auri optimi componat, medietatem nostre Cameræ, medietatem præscripto Cœnobio.* Ut autem hæc nostra ab omnibus diligenter ac fideliter observetur constitutio, præsentem paginam manu propria roborantes, Sigillo nostro iussimus insigniri. Signum Domini *Friderici* Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego



Ego *Rainoldus* Coloniensis ecclesiae electus, & Italiae Archi-Cancellarius recognovi. Data Idus Febr. Anno Dominicae Incarnationis M. C. LX. Indict. VIII. Anno Domini *FRIDERICI* Romanorum Imperatoris regni VIII. Imperii vero ejus V. Actum *Papia* Civitate Imperiali in Generali Conventu Episcoporum & principum, in Confirmatione Domini *Victoris* Papae IIII. Actum in nomine Domini, Amen.

*

## No. XI.

**Privilegium Domini VTONIS Secundi Sanctæ Nuemburgensis Ecclesiæ Episcopi super Decima omnium Novalium In pago** *Plisnensi.*

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

*VTO divina favente & disponente clementia, Sanctae Nuemburgensis ecclesiæ indignus & humilis Episcopus. Officii nostri debitum expostulat ut religiosos quosque & præcipue nobis commissos fraterna charitate diligamus, & eos in suis oportunitatibus vel commodis pro posse nostro confoveamus, Inde est quod perpetua ipsorum pace vigilanti studio assidue laboramus & eorum loca & possessiones contra invasores & temerarios defensamus. Inter quos dilectissimum abbatem nostrum* Azzonem *de* Buzowe *& fratres ipsius speciali affectu & paterna charitate amplectimur & fovemus & locum & possessiones eorum, quas vel proprio labore vel fidelium oblatione possi-*

E *det,*

* Obiges Kayserl. Siegel kan zusammen gehalten werden mit meiner Beschreib. vom Kloster Roßleben p. 61. S. auch *Menk.* Script. T. 3. f. 1025. Ingleichen Hn. de *Gudenus* Syllog. 1. Diplomat. p. 572. woselbst auch eine gute Anmerckung stehet über die Uniformität der Siegel.

*dent, banno nostro & charta hac testatoria, & sigilli nostri recognitione communimus, Notum etiam esse volumus omnibus Christi fidelibus & præsentibus & futuris in perpetuum quod, decimam omnium novalium In pago* Plisna, *quam Dominus & avunculus meus* Vto *Nuemburgensis episcopus jam dicto Cœnobio banno & scripto contulit in usus fratrum cottidianos cedere volumus. Et ne aliqua spiritualis. secularisue persona hanc eis auferre vel minuere præsumat, anathemate interposito, & præsenti pagina prohibemus, Quorundam etenim negligentia & aliquorum temeritate usque ad nostra tempora eadem decima usibus fratrum subtracta est, scilicet pia nostra devotione & abbatis studio in Nuenburgensi Capitulo præsente ecclesia, Canonica sententia, stipendiis fratrum adjudicata est. Justum namque esse & congruum, ut quod Sancti prædecessores nostri ecclesiis statuerunt & firmaverunt statuamus & firmemus ut ab omni retributore DEO participium vitae aeternae cum eis percipiamus; Hujus rei testes sunt hi,* Rapoto *præpositus Nuemburgensis*, Fridericus *præpositus Cicensis*, Ekehardus *abbas S. Georgii*, Adololdus *abbas de porta*, Rudolphus *abbas de Burglin*, Ernestus *præpositus S. Mauritii*, Conradus *præpositus S. Stephani*, Hildebrandus *præpositus de Lusonitz Canonici Nuenburgenses* Gerboto *Decanus*, Trutwinus, Gerlagus *Magister*, Adelbertus, Henricus, Hartmannus, Manegoldus, *Canonici Cicenses*, Sigefridus *Decanus*, Gerhardus, Tipoldus, Rudolfus, Fridericus, Billungus, Lutolphus, Gotscalcus *Magister*, Gozpertus, Martinus, Conradus *Custos*, *Nobiles*, Dedo *Comes*, *Reinhardus de* Bobliz, *Reinhardus Burgravius de* Tyco, *Heydinricus de* Weta, *Erkenbertus de* Tecuwiz, Miradus, Wichandus, Henricus *cum barba*, *& filii ejus*, Hugo, Henricus Duringus, Herbo, Hertwicus, *& alii quam plures, Acta sunt hæc Anno Domini M. C. LXVI. Indictione XIIII. V. nonas Octobris, Anno Ordinationis Domini* Vtonis *Nuemburgensis Episcopi VI. feliciter, Amen.*

No. XII.

# No. XII.

Item:

Privilegium Dni. VTONIS Sanctæ Nuenburgensis ecclesiæ Episcopi, super decima omnium novalium in pago *Plisnensi*.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis!

*VTO divina favente & disponente clementia, Sancta Nuenburgens. Ecclesiae indignus & humilis Episcopus. Noverit omnium Christi fidelium tam præsentium universitas, quam futurorum posteritas, quod felicis memoriae Dominus* Vto *prædecessor & avunculus meus Sanctæ Nuenburgensis ecclesiæ Venerabilis Episcopus pro æterna sui suorumque memoria, decimam omnium novalium, quæ in pago* Plisna *in perpetuum excoli poterunt,* Buzaviensi *Cænobio delegavit, banno & privilegio confirmavit. Ex eadem decima XL. scobrones utriusque frumenti tritici vel siliginis & avenae, cuidam ecclesiae in eodem pago in villa* Nibodiz *ædificatae annuente & petente dilecto fratre nostro* Azzone *Buzovvigensi Abbate, & fratribus ejus contradidi, & in usus sacerdotis qui ibidem omnipotenti Deo serviturus est, permisi, hocque banno & præsenti scripto roboravi factum, Villa autem* Nibodiz *cujusdam nobilis Viri,* Gerhardi *nomine, propria & libera hæreditas esse dinoscitur, qui primus in pago memorato decimam novalium suorum secundum traditionem Domini mei* Vtonis *Episcopi ex consilio & præcepto meo* Buzovvigensi *Cænobio bona & pia voluntate pro indulgentia peccatorum suorum integraliter persolvit & exinde XL. scobrones ex clementia nostra, & ex concessione ecclesiae suae optinuit. Acta sunt hæc Anno Domini M.C.LXVI. Indictione XIIII. V. nonas Octobris Anno Ordinationis Domini* Vtonis *Nuenburgensis Episcopi VI. feliciter Amen. Hujus rei testes sunt hi. Dominus* Gerungus *Misnensis Episcopus, cujus consilio & opera hæc acta sunt,* Rapoto *Nuenburgensis ecclesiae præpositus,* Eckehardus *abbas de S. Georio,* Rudolfus *abbas de Burglin,* Adolloldus *Abbas de Porta,* Fridericus *Cicensis præpositus,* Erneſtus *præpositus de S. Mauritio,* Conradus *præpositus de S. Stephano in Cice,* Hildebrandus *præpositus de* Lusinitz, *Canonici Nuenburgenses,* Gerboto *Decanus,* Trutvvinus, Gerlagus *Magister,* Adelbero, Henricus, Hartmannus, Manegol-

dus, *Canonici Cicens.* Sigefridus *Decanus*, Gerhardus, Lipoldus, Rudolfus, Billungus, Conradus, *Nobiles*, Dedo *Comes*, *Reinhardus de* Bobalitz, *Reinhardus Burgravius de* Cyce, *Heinricus de* Weta, *Erckenbertus de* Tecuvvitz, *Ministeriales*, Gerhardus & Gumperdus *fratres*, Ludevvicus, Volradus, Heinricus *cum barba & filii ejus*, Heinricus, Hugo, Erbo, Hervviens, Turingus *& alii quam plures*.

## No. XIII.

**Item:**

**Privilegium Domini VTONIS Sanctæ Nuenburgensis ecclesiæ Episcopi, & Confirmatio ejusdem super IIIIor mansos in *Borschitz* & in *Gline*.**

### In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

*VTO divina favente clementia sanctæ Nuemburgensis ecclesiæ Episcopus omnibus Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris, inperpetuum gratia vobis & pax adimpleatur, Officii nostri debitum expostulat & judicio rationis approximat, nos dum tempus habemus, juxta consilium Apostoli, bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei operari, pauperes videlicet Christi, id est, religiosos quosque in suis commodis & oportunitatibus, in quantum valemus, adjuvando consolari. Plurimum etenim honori nostro & fructui accesserit, si habuntantia nostra bonorum Virorum inopiam suppleverit, Ea propter noverit omnium Christi fidelium, qui cæaqualem nobiscum sortiti sunt fidem, & præsentium universitas, & futurorum posteritas qualiter nos pro æterna nostri nostrorumque memoria, pro peccatorum nostrorum indulgentia, petitione fidelis & dilecti nostri* Azzonis, *Venerabilis in* Buzowe *Abbatis, IIIIor mansos in* Borsitz *&* Glinæ *sitos & curtem unam cum tribus Zmurdis, Cænobio beatæ Dei genitricis & semper Virginis* Mariæ *delegaverimus, & in usus fratrum cottidianos, qui Die nocluque omnipotenti Deo ibidem deserviunt, provenire jusserimus, Eosdem quidem mansos quidam homines nostri in beneficio prius possederant, Unum Dencricus de* Tyce, *IIos, Guntherus de* Sconenberck, *quartum Fridericus junior de*

*de* Growiz *Domini mei Imperatoris ministerialis*, *aream cum Zmurdis* Hertwicus *de* Predele *beneficii cura tenebat*, *Unum qui mansum felicissime memoriæ Dominus* Gerungus *Misnens. Episcopus XI. marcis argenti Dinkrico de* Tyce *datis in villa quæ* Glinæ *dicitur possessione fratrum* Buzaviensium *traditione nostra fecit. Alium sibi pracio jam dictus abbas noster in villa* Borsitz *a Friderico minore de* Growitz *voluntate nostra redemit*, *Reliquos duos in eadem villa viginti tribus marcis Gunthero de* Sconenbergk *datis*, *me item concedente*, *fratrum stipendiis adjecit*. *Aream cum Zmurdis*, *in* Glinæ *duabus marcis Hertvvico de* Predele *datis suam effecit*. *Præterea tramitem unum brevem sex pedes in lato altrinsecus habentem*, *cis agros cujusdam*Gerbrandi *nobilis Viri tribus marcis argenti ipsi appensis ad* aquæ ductus *alveum conquisivit*, *Fons etenim* Silezen *qui traditione beatae memoriae Dni.* Theoderici *Nuenburgensis Episcopi* Buzavviens. *Cœnobii est per curtim. & silvam* Ernesti *Ministerialis nostri transiens agros hominum nostrorum me permittente*, *& ipsis concedentibus perlabitur & IIIIor mansos supradictos cum agris* Gerbrandi *aliqua ex parte in transversum praeterfluens leni murmure officinis fratrum commodius & oportunius illabitur*, *Hos itaque IIIIor mansos cum area & tribus Zmurdis alveum etiam aquæ ductus a capite fontis usque in montem* Buzovve, *In nomine patris & filii & spiritus Sancti*, *potestate beati* Petri *Apostolorum principis*, *auctoritate summæ sedis pontificis*, *banno etiam nostro*, *Cœnobio supra memorato confirmamus*, *& in præsenti pagina sigillo nostro recognita & insignita posterorum memoriae ne temerari debeat*, *quæ facta sunt*, *commendamus*, *Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona*, *super his quæ facta sunt bannum nostrum audiens in aliquo contraire præsumpserit*, *& tradicionum nostrarum in irritum ducere temptaverit*, *abscissus ab unitate corporis Christi non resurgat cum justis in judicio*, *& nisi resipiscat*, *sit ei cum Juda traditore secundae mortis maledictio & æterni ignis damnatio. Omnibus autem Abbatem Monasterii & fratres eius diligentibus*, *& bona eorum augentibus & defendentibus sit in præsenti salus & benedictio a* Deo *& in futuro æternae vitae retributio*, *Amen. Hujus facti & scripti nostri testes sunt hi*, Rapoto *Nuenburgens. majoris ecclesiæ Præpositus*,

 Fri-

Fridericus *Cicensis Præpositus*, Rudigerus * *Abbas de S. Georio*, Adelloldus *Abbas de Porta*, Degenhardus *Abbas de Burglin*. Ernestus *Præpositus de S. Mauritio*. Conradus *præpositus de S. Stephano*. Hildebrandus *præpositus de* Lusinitz. *Canonici Nuenburgens.* Gerboto *Decanus* Adelbero. Waltherus, Hatto. Hnr. Hartmannus, Poppo. Cunradus *Magister* Hermannus. *Canonici Cicenses* Thipaldus *Decanus*, Gozpertus. Martinus. Sillungus. Gerhardus. Lutolphus. Gothescalcus. *Principes*, Ludevvicus, *Landgravius*. Otto *Marchio Misnens.* & *fratres ejus*. Fridericus *Marchio*. Hnr. *Comes de* Wittin. Dedo *Comes Buzovvigens. Cenobii* advocatus. Fridericus *Comes*. *Nobiles*, Gozvvinus *de Tuchern*. Hnr. *Burcgravius de* Liznik, *Hnr. de* Rothevve & *frater ejus*. Otto, *Reynhardus junior de* Bobuluz, *Hermannus de* Salcke, *Echenbertus de* Thecuvvitz. *Adelbertus de* Aldenburgk. *Reynhardus* Burcgravius *de* Tyce. *Ministeriales*, Volradus, Ludevvicus. Wichandus. Hugo, Henr. *fratres*, Hertvvicus *de* Predel & Ludevvicus *frater ejus*. *Hugo de* Rudelebesburch.

## No. XIV.

Item:

Privilegium Domini VTONIS Nuemburgensis Episcopi, & confirmatio ejus super *aquæ ductum*.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

*VTO divina favente clementia sanctæ Nuemburgensis Ecclesiæ Episcopus, Omnibus Christi fidelibus tam futuris quam præsentibus in perpetuum gratia vobis & pax adimpleatur. Quoniam apostolico informamus*


* Weil an diesem Diplomate keine Jahr-Zahl zu finden, so erscheinet aus dem Namen *Rudigeri* Abts zu S. Georgen, daß es gegen A. 1170. datiret worden sey, indem Abt Rüdiger, besage der Chronologie der S. Georgen-Aebte, etwa dieses Jahr zu der Abtey gelanget ist, wie denn auch damit die benannte Naumburgische Canonici, besage dero Matricul, zutreffen. S. *Lang.* Chron. Numb. f. 26. in der Not. y. in *Menk.* T. 2.

*mamur praecepto, cum tempus habemus operari bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, justum existimamus, & rationi adproximat, nos religiosos Viros, pauperes videlicet Christi nob' com -*


** So weit gehen vorherstehende Copien dieser Uhrkunden / welche uns durch gütige Hand (I. C. G.) aus einem alten Copial-Buch communiciret worden / das übrige ist defect, und um so viel mehr zu bedauren / weil aus dem obenan stehenden Verzeichniß und Register zu ersehen / daß derer sämbtl. Diplomatum gegen die 67 / gewesen. Jedoch sind einige / als No. 18. 22. 25. 26. 31. 32. 33. 50. 60. und andere von dem *Langio* conserviret / und in unsrer Historie an ihrem Orte wiederholet worden. Uberhaupt ist gewiß / daß das Kloster sehr reichlich dotiret gewesen / aber auch schon zu dieses *Langii* Zeit / etwa gegen A. 1536. vieles davon kommen sey. Wir wollen deswegen ihn selbst hören und zwar in Chron. Numburg. f. 26. in der Not. y. bey *Menk*. T. 2. Scriptt. (welcher die teutschen Worte / darinnen diese Chronica abgefasset / also ins Latein übersetzet / weil im teutschen Exemplar offt ein mehrers befindlich als im Lateinischen / in welchen beyden Sprachen die Chron. von Langio verfertiget) Anno Domini M C LXVIII. *Uto* Episcopus noster *Bosaviensi* monasterio parochiam *Groben* donavit, cum quibusdam pagis circum, illamque donationem privilegio confirmavit, in quo testes nominantur *Rapato* praepositus *Numburgensis*, *Fridericus* praepositus *Cyzensis* &c. *Dedo* Comes, Episcopatus Numburgensis & *Cyzensis* * & *Posaviensis* monasterii Advocatus & defensor. Pari modo anno 1170. monasterio nostro parochiam *Profin* una cum aliis bonis attribuit, cujus donationis testes in Pri-

* Ist ohne Zweiffel vorhergehendes Diploma bey No. XII. man sehe auch forn in dem Indice p. 9. die No. XIV. XV. welches letztere Diploma aber allhier ermangelt.

Privilegio sunt: *Wichmannus* Archi-Episcopus *Magdeburgensis*, *Martinus* Episcopus *Misnensis* &c. *Otto* Marchio Misniae, *Dictericus* Marchio *Lusatiae*, *Ludovicus* Comes Provincialis *Duringiae*, *Dedo* Comes Monasterii Advocatus. Ex quibus colligi potest, quantas possederint divitias eo tempore clerici, quantumque à Principibus fuerint ornati quantopere aucti, promoti ac defensi. Sed nunc in pejus omnia mutantur (ut etiam supra questus sum) neque nostrum monasterium *decimam partem bonorum, quae primo possedit, retinuit.* Itaque talis etiam frugis Advocatum habet. (darum hat es auch eyn Voyt darnach.)



Fer=



# Fernere Supplementa zu den vorigen Kloster-Antiquitäten.

Dieweil über dasjenige, was bereits in der Vorrede zu der Beschreib. des Klosters S. Moritz, ingleichen in der Vorrede bey dem Kloster Oldisleben, wie nicht weniger bey dem Schlusse der Beschreib. von Bosau p. 105. und in den Supplem. am Kloster Gosegk p. 98. ist angeführet worden, sich noch eins und das ander bey allen vorhergegangenen Kloster-*Antiquit*äten zu erinnern findet, als hat man solches nachholen und allhier in der Ordnung anhengen wollen.

## Addenda Zu dem Kloster S. Georgen vor Naumburg.

### Ad p. 3.

Die Bildnisse des Ekhardi und der Svanhild kan man auch nachsuchen in *Eccardi* Hist. Geneal. Princip. Sax. f. 167. und sind aus des *Sagittarii* bekanter Dispur. de Eccardo entlehnet, so ich aber von neuen und besonders habe zeichnen lassen, wie sie annoch zu sehen seyn.

### Ad pag. 19.

Allhier wird von dem ehemahligen Kloster-Gebäude gehandelt. Es ist mir aber nach der Zeit ein altes Inventarium zu handen kommen,

F aus

aus welchen des mehrern zu ersehen / wie etwa vor der letztern Zerstörung das Kloster beschaffen / auch wie es meubliret gewesen. Scheinet mir unter dem erstern Schösser Hanß Rentzschen vielleicht A. 1542. aufgesetzet zu seyn: Habe es dahero hier mit einschalten wollen.

1. In meines Gnäd. Herrn Stube 12. Fenster.
* In dieser war ein grüner Kachelofen, schlechter Tisch mit einem wollenen gewürckten Teppich rc.
2. Kammer daran.
Schube = Bett.
3. Kammer darneben.
4. Mittel-Kammer.
5. Kammer-Meisters-Stube.
6. Kammer darneben.
7. Kammer an dieser.
8. Ober-Hof-Stube.
9. Des alten Abts Stube,
* Die Meublen waren ein Tisch wie ersterer mit einem wollenen Teppich. ein Aufschlag-Tischgen an der Wand, ein Kästgen das in die Wand gienge, ein so genannter Drehe-Stuhl, Meßinge Leuchter rc.
10. Schössers Stube,
* Etwas besser meublirt.
11. Kammer daran.
12. Mittel-Kammer.
13. Hinter-Kammer.
14. Schloß-Hauß und Liberey.
* Das Inventarium sagt: daß viel alte Bücher allda, wenig darunter zu gebrauchen: kan nicht wissen/ ob man auch verstanden, was es eigentlich vor Bücher gewesen.
15. Rent-Kammer.
16. Böttgerey.
17. Mehl-Kammer.
18. Meltz-Hauß.
19. Der Creutz-Gang.
* Siehe davon meine Beschreib. von S. Georgen p. 20.
Dazumahl haben darinnen allerley Gefässe z. E. 13. Teussen, gestanden.
20. Das Back-Hauß.
21. Die Bad-Stube, an der Kirche.
22. Rebenter,
* Ist das Cœnacul. S. meine Beschr. Oldisl. p. 52.
23. Brodt-Kammer: da viel Kannen.
24. Küche.
25. Gewölbe der alten Sacristey.
26. Käse-Gewölbe.
27. Klein Stüblein des Abts.
28. Unterste Hof-Stube.
29. Kammer darneben.

Aus diesen kan man leichtlich einen Begriff machen von der Grösse des Gebäudes, auch von der Einfalt des damahligen Vorraths.

Ad p. 23.

Von dieses Klosters Siegel habe ich Nachricht gegeben in der Beschreib. von Oldisl. p. 128.

Ad p. 25.

Von Ritter S. Georgen, S. *Voët*. de Sanctis chimæricis Dispp. Sel. T. 3. p. 594.

Ad p.

Ad p. 49.

Abt Löbnütz zinßet dem Kloster mit 7. Hufen u. a. m. besage Erb-Buchs von A. 1562.

Ad p. 68.

In den Supplem. an der **Beschreib. des Klosters Bosau** p. 106. befindlich / stehen zwar die S. Georgen-Aepte nach der Ordnung / doch werde ihrentwegen hier annoch folgendes anführen:

*Reinoldus* stehet in einem Diplom. Bisch. *Udonis* von A. 1133. S. *Menk*. T. 3. f. 1116. und **Gleichenstein**. Beschreib. Bürgel p. 17. wiederum in Diplom. Pabsts *Innocentii II.* von A. 1141. mit diesen Worten: Concambium v. quod inter vos (dem Convent zur Pforta) & *Reinoldum* abbatem S. Georgii *Nuemburc* de terra vestra, quæ eidem abbatiæ adjacet, & alia grangia, per præfatum episcopum (*Utonem*) vestro assensu rationaliter factum est, ratum & inconvulsum manere censemus. S. Diplom. Nachlese P. 3. p. 448. Ingleichen in Diplom. *Utonis* von A. 1146. S. *Supplem.* No. IV.

*Theodoricus* I. A. 1157. S. ein das Diplom. in Suppl. No. IX. Also ist Theodoricus p. 73. der II. dieses Nahmens.

*Eckehardus* A. 1166. S. ein Diplom. in Suppl. No. XII. Ich habe sein auch in der Vorrede zu Beschr. von Oldisleben / jedoch mit einigen Zweiffel / gedacht: welches man in der *Diplom*. **Nachlese** P. 8. p. 683. vielleicht nicht wahrgenommen hat. Das Diplom. so allda stehet / ist von A. 1166. und wird unten bey dem Suppl. zum S. Moritz-Kl. wiederholet werden. conf. den Monach. Pirn. in *Menk*. Script. T. 2. f. 1463.

*Rüdiger A.* 1170. S. das Dipl. in Supplem. No. XIII. A. 1174. S. Diplom. in **Beschreib.** *S.* **Moritz** p. 17.

*Sigefridus* A. 1180. Er kam zur Abtey **Hirßfeld** wie das Chron. Sampetrin. berichtet bey *Menk*. T. 3. f. 227. In der Chronotaxi der alldasigen Aepte / stehen diese Verse:

Cum *Sigfride* piis æquaris nomina factis,
Principibus merito connumerare viris.

Er † 1200. S. **Winckelmanns** Beschreib. von Heßen f. 261.

*Cunradus II.* A. 1184. S. das Diplom.

*Godefridus* A. 1185. S. **Beschr.** S. **Moritz** p. 22.

*Johannes* A. 1217. S. Diplom. in Gleichenst. Bürgel. p. 12.
*Christianus* A. 1295. S. *Lang.* Chron. Cit. f. 819. in *Menk.*
*Ulricus* A. 1397.
*Henricus* A. 1423. Er † A. 1437.

Ad p. 67.

Ob dieser Wolffg. von Rotschütz aus der Adelichen Familie dieses Nahmens gewesen/ kan nicht sagen. Des Bernhard von Rotschütz gedenckt Bernh. Freydiger im Leben Hertz. Heinrichs zu S. bey Herr Glasey Geschichten des Haußes Sachsen p. 169.

Ad p. 82.

Es ist von diesem Bruder-Kriege umständlich zu lesen Kammermeister in Annal. Erfurt. f. 1192. (bey *Menk.* T. 3.) da er sagt: *So quam Herczog WILHELM gein Friberg in sein slos nahe by NUMBURG gelegen und sie liten iren theidung in sente Iorgen Kirchen von Numborg* &c. A. 1450.

Ad p. 86.

Ob zwar auch A. 1517. ein grosser Brand entstanden/ so meldet dennoch *Spalatinus* in Annal. daß weder der Dom noch die Klöster dadurch beschädiget worden. S. *Menk.* Scriptt. T. 2. f. 593.

Ad p. 100.

Bey diesen Beamten des Klosters wollen wir noch etwas weniges hinzu setzen:

Andreas Kirchner ist in der Saale ertruncken.

Georg von Hoff hat folgende Grab-Schrifft bekommen:

Georg ab HOFF Dn. Georgii Quæstoris Eckardsberg. Fil. Eckardsbergæ quondam & ipse nec non D. Georgii cœnobii quod est Numburgi quæstor, integritate, doctrina, rerum usu & judicii dexteritate Vir clarus, ob ingentes naturæ dotes solertemque in quibuscunque expediundis promtitudinem apud Nominis viros non vulgariter commendato, BARBARÆ conjugis, Dn. Wolffgang LINDNERI Oeconomi Portens. & Consulis Numburg. maritus, *Mariæ Gertrudis Georgii*

*Doro-*

*Dorotheæ* & *Susannæ* librorum pater Ob. 21. Jul. Ao. 1604. Caduca q. habuit mortalitatis sub saxo deponens, mentem vero & animam immortali Christo servatori reddens.

Ich finde ihn unter den Pförtischen Alumnis bey dem Jahre 1544. 30. Jul. in *Pertuch.* Chron. P. 2. p. 377.

Ioh. Lindner: Von ihm stehet in dem Chron. Sangerhus. p. 193. Er wurde A. 1619. der Rechnung halber starck herum genommen.

Sam. Pinckert that einen schweren Fall, an welchem er gestorben.

Donat Zimmermann war erst zu Sittichenbach bis Ao. 1620. Kloster-Verwalter, von A. 1614. her.

Dav. Teuber † 1669.

Ad *Groitzsch.* Descript. Sal. p. 26.

v. *Menk.* Scriptt. T. 3. f. 1009.

## Zu dem Kloster S. Moritz vor Naumburg.

Ad p. 5.

Liese dieses Diploma nunmehro auch in *Menk.* T. 3. f. 1009.

p. 9.

Auch gehörete noch dazu Custos der die Aufsicht auf die Kirche hatte. v. *Fresne* voc. Custos f. 1451.

p. 18.

Weil dieses Diploma nur berühret, nicht aber völlig beschrieben worden, so mag es allhier seine Stelle nehmen. Es schencket nemlich darinnen Bischoff *Uto* denen Canonicis zu S. Moritz etliche Husen zu Wiskeravin, wie folget:

*In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.*

